

Breuis admonitio.

DE
Crimine Stellionatus Calvinianorum.

QVO IESVITAS IN SVAM SOCIETATEM RAPERE,

ET DOCTRINAM LUTHERI DE PERSO-
SONA Christi, & sacra Cena, illorum authorita-
te, perfidè opprimere co-
nantur.

Veritas instar Palmæ florebit,

AUTHORE

D. IACOBO ANDREÆ, Præposito & Can-
cellario apud Academiam Tübingersem.



TUBINGÆ,
Excudebat Georgius Gruppenbachius,
M. D. LXXXII.

Stellis pachytas at simplicioribus, longo curvissimo gibus depictis
mentib. g̃tis ab modinis pellacim. Vulgo tarantula dicitur à gra-
brenada quātus, quod apud eos abrada curvitas. Morbi 19 per-
ibimur hōtum, tamen fons superbius pueri, & variis affīcti. Et tan-
ta his Stellis graviter & gentiliter, testigies, in convivis de-
larentib. per opimū terrā, habilius. In Apicis frequentius visitantib.
Lunares tarantulae at, se corporib. et contrariis, nō usq; ad eis, pain-
tem ipsas affīctas & torporem. Hinc pellare pro cūcūdō, Hinc
et gallinacis criminis & pellaciam recipit opimū spartium
& alii, tribus, & pellaciam multib. libidinib., capituli prava affīcti

Stellis natūris criminis à pellione nomini Simplici: quist fili, enim
aliquad dolus factum est, ut si q̃ rem alijs obligatam, dissimilata
obligatione, pro cattulatam alijs pellatur: aut si q̃ mēnos
concupisit, nō impoſitorum pueri, cūm nulla ordinarie
pocent, sed q̃ ipsas dñmne pueris, & ad præſidem pellat.

 DIDERUNT INTRA
paucos annos Calviniani Theo-
logi passim dispersi, maximè ve-
rò ex colluie leuissimorum ho-
minū Neostadij collecti, quām
plurima, eaque virulentissima Scripta, quibus
doctrinam Ecclesiarum nostrarum, quæ in Li-
bro Concordiæ comprehensa est, horribiliter
deformare, & omnibus exosam reddere co-
nantur.

Id vt maiore applausu suorum facerent, non
modò ab ipsis, sed à Pontificijs quoque, & ijs
quidem, ipsorum opinione doctissimis, Iesuitis
videlicet, Papisticae Religionis propemodū col-
lapsæ instauratoribus, damnatam, & grauissi-
mè confutatam esse, ad rauim vsque vocifera-
ti sunt: quorū Disputationem Ingolstadij An-
no 1564. typis excusam, & secundò per Theo-
logos (iustissimis & grauissimis de causis è di-
tione Electoris Saxoniæ pulsos) iussu Rectoris,
Wittebergę recusam, ac tertio Geneue propter
graues causas (vt Titulus habet) ipsorum socij
imprimi curauerunt.

Quæ cūm in manus plurimorum peruenis-
set, quid sibi vellet Calvinianorum subita hæc
Religionis mutatio, & cūm Iesuitis societas,

2

non sine causa mirati sunt. Idq; eò magis, quòd
Iesuitæ hoc illorum facinus silentio tegerent,
nec apertè contradicerent. Quæ causa etiam
inter alias quām plurimas, post refutationem
^{anno 1610 scripti Sperlingij (Hyperaspistis infœlicis Iesui-}
^{scripto prologue, prologue)} mei diuturnioris silentij fuit, vt qui exi-
tum huius fabulæ hucusque expectauerim.

Cùm verò nullum modum aut finem con-
uitiorum, calumniarum, & mendaciorum vi-
derem (vt de "horribili ac multiplice in Deum
blasphemia nihil dicam) ad reprimendam vel
hanc solā insolentiā atq; insectationem Calui-
nianorū, qua nobis Iesuitarū autoritate & con-
sensu insultant: visum fuit, toti terrarum orbi
politicam ipsorum fidem in rebus Ecclesiasti-
cis, & salutem animarum concernentibus, &
quām bellè inter se in doctrina de persona Chri-
sti consentiant, breuissimo hoc scripto spectan-
dam proponere: vnde, quæ fides illis in allegan-
dis testimonij vetus statis, adeoque in tota hac
cōtrouersia longè grauissima, habenda sit, om-
nes verè pij iudicare possint.

Postquam enim viderunt Caluinistæ, Iesui-
tas in me vehementer, & hostiliter inuehi, &
doctrinam oppugnare, quam publicè in Schola
nostra disputandam proposueram, illosq; erro-
ri impio

3

ri impio (de persona Christi, & cœna Domini)
aliquo modo patrocinari, non modò quæ pro
ipsis facere videbantur, excerpterunt (quod ali-
quo modo excusari posset) sed cùm sub finem
eiusdem Disputationis theses ponerent Iesuitæ,
quibus & Caluiniano errori, & sibi ipsiſ apertè
contradicunt, eas Caluiniani in secunda & ter-
tia æditione partim omiserunt prorsus, partim
verò corruperūt, manifestè quibusdam verbis
resecatis, & alijs in illorum locum substitutis: vt
scilicet cauda capiti responderet, ipsorumq; im-
picio errori Theses Ingolstadianæ viderentur suf-
fragari: ne pius lector manifestā contradic̄tio-
nem in Thesibus Iesuitarum animaduerteret,

Id cùm manifestum crimen falsi sit, quod
Iureconsulti STELLIONATVS crimen appell-
lant, viro ciuiliter bono indignum facinus, ho-
minem infamans, quò minus illi in rebus poli-
ticis fides amplius habeatur: spero viros bonos,
honestos, pios, veritatis & honestatis amantes,
vel ex hoc vno facilè agituros spiritum M E N-
D A C I I, & extremæ ac detestandæ vanitatis &
impudentiæ, horum Caluinianorum corda ita
occupasse, vt pro ciuiliter bonis viris, multò mi-
nus pro Ecclesiarum fidis ministris minimè ha-
bendi sint,

Subijciam autem primò Theses Iesuitarum, quemadmodum Ingolstadij typis excusæ sunt, deinceps quomodo eas in secunda & tertia additione mutilarint Caluiniani, ne diuortiū inter ipsos & Iesuitas agnoscatur, recitabo: ut collatione facta, quām perfidè & sceleratē egerint Caluiniani, omnibus manifestum sit.

THEISIS 103. INGOLSTADIE
impreffa sic sonat:

Quod vt facilius expediamus, primū omni-
um corpus Christi bifariam considerari posse
meminerit lector: vno quidem modo, vt visi-
bile & circumscripsum est, ea nimirum forma,
qua Christus in hoc mundo conuersatus, & in
cœlum assumptus est: altero verò, vt INVISIBU
LE ET INCIRCVMSCRIPTVM, qua ratione spi-
ritale quodammodo dici potest. Nam licet
verum corpus sit, ET IDEM PLANE NUMERO
cum illo, quod nunc in cœlis à beatis conspici-
tur: tamen SIC CONSIDERATVM, neque vi-
detur, neq; in loco est, vt res corporales esse so-
lent. Hactenus Iesuitæ.

Huius Thesis loco, Caluiniani in recusa Di-
sputatione Iesitarum eodem numero signa-
tam 103. aliam Thesis subiecerunt, vt sequi-
tur:

Si igitur

Si igitur consideramus Christi corpus, vt vi-
fibile & circumscripsum est, ea nimirum for-
ma, qua Christus in hoc mundo conuersatus, &
in cœlum assumptus est, vt omnino ita consi-
derari oportet verum corpus humanum. Ne-
que enim diuersa aut plura numero corpora ha-
buit Dominus.

Deinde, cùm in Thesi 104. Iesitarum initio
hæc verba posita esissent: PRIORI modo in cœ-
lis tantum Christus, &c. Caluiniani his verbis
deletis, substituerunt alia, videlicet: Hoc, in
quam, modo in cœlis tantum Christus. Idque
fecerunt Caluinistæ, ne hiulca esset disputatio:
omissa nimirum, & maliciose dissimulata atq;
expuncta thesi 110. quæ sic sonabat: Quantum
verò ad POSTERIORM considerationem at-
tinget, certa fides est & sana confessio orthodo-
xorum, non nouum aliquem Deum, aut ex pa-
ne aut ex vino fabricatum (vt Schmidlin fin-
gere libet) sed illud ipsum corpus, quod pro no-
bis traditum est, quodque in cœlis visibile esse
diximus, in sacrosancto quoque ac diuinissimo
Eucharistiæ Sacramento, INVISIBILE tamen,
INCIRCVMSCRIPTVM, INDEFINITVM, id
est, non localiter, sed Sacramentaliter (vt di-
cunt)

N.B.
Vbi uester Ortho-
doxus consensus
per Iesuitas confira-
matus?

cunt) verissimè contineri, ibidemque manere, donec species Sacramentales consumantur. Haec tenus Iesuitæ.

Sed quis dubitat, istos homines, qui tale crimen SCIENTES ET PRUDENTES coram tota Ecclesia, in tanto Religionis negotio perpetrare non verentur, si Christus adhuc in terris ambularet, Iudæis eundem denuò prodituros? Aut quomodo vir bonus cogitare potest, Calvinianos bona conscientia sua causam (de cœna Domini & persona Christi) corā hominibus, ne dicam coram Deo, agere: qui in aperito, eoqué turpissimo crimine falsi sunt deprehensi? quo suis persuaserunt hactenus, Pontificios quoque, & eos quidem iuratos veritatis hostes, Iesuitas, ipsorum doctrinam de persona Christi, tanquam Catholicam & Orthodoxam, confirmare: cùm manifestè contrarium in ea Disputatione scripserint, & Ecclesiæ Dei tanquam certam fidem, & sanam confessionem Orthodoxorū proposuerint, videlicet, corpus Christi inuisibile, INCIRCUMSCRIPTVM, indefinitum, in Sacramento Eucharistiæ contineri: quod illi perfidè in ipsorum Disputatione Genevae excusa, deleuerunt, & loco antecedentis Theseos 103, aliâ, huic minimè respondentem, subiecerunt.

Desi-

8
Desinat ergo nobis posthac non modò Nestadiani, sed omnes illorum gregales, qui pa-
sim oberrant, Iesuitarum consentium obijcere,
quos per crimen falsi & Stellionatus in suam
societatem rapuerunt: quod eò facilius fieri po-
tuit, siquidem regnum Satanæ in se non est di-
uisum: ideoq; mirum non est, cùm utriusque ho-
stes sint veræ Dei Ecclesiæ, quòd mutuas ope-
ras, ad oppugnandam veritatem doctrinæ cœ-
lestis, quæ per gratiam Dei in nostris Ecclesijs
sonat sincera, & incorrupta, tradant.

Cæterū si nobis obijciant Calvinistæ, in
Disputatione Iesitarum Thesi 93. contineri:
NVLLO MODO fieri posse, vt idem Christi cor-
pus in vno eodemq; loco circumscriptum sit, “
& incircumscriptum, definitum & indefinitū, “
visibile & inuisibile: hanc 93. Thesin cum 110.
conciliare, non autem per crimen Stellionatus,
delere oportebat, si illorum authoritate nos pre-
mere, & nostram doctrinam, tanquam mini-
mè Catholicam, oppugnare voluissent.

Et viderint Iesuitæ, quomodo ipsi suam Di-
sputationem saluare possint, aut velint, si modò
cum Catholicæ Ecclesia veram præsentiam cor-
poris & sanguinis Christi in cœna Domini af-
ferere & tueri velint.

B

Etenim

9

Etenim si iuxta Thesin 103. & 110. Disputationis ipsorum, corpus Christi idem numero, quod nunc in cœlis à beatis conspicitur, visibile & circumscriptum, ea nimirum forma, qua in hoc mundo conuersatus, & in cœlum assumptus est, idem, inquam, corpus inuisibile, incircumscriptum & indefinitū in Sacramento Eucharistiae continetur; quomodo Thesis 93. ipsorum, cum 103. & 110. Thesi consistere potest, quibus corpus Christi alio atq; alio modo consideratum, simul circumscriptum & incircumscriptum, definitum & indefinitum, visibile & inuisibile esse posse apertè affirmant?

Hæc quomodo cum Calvinianorum doctrina consentiant, ipsi quoq; viderint. Quod cùm probè inteligerent, illorum errori refragari, & cum eo ex diametro pugnare, Thesin 110. prorsus extinxerunt, & in locum 103. (quæ & ipsa Calvinistis displicuit) aliam suffecerunt, eamq; pro Iesuitarum doctrina venditarunt. Id num viri boni, ne dicam hominis Christiani officium, an verò crimen Stellionatus sit, omnibus pijs iudicandum relinquo.

Quò minus mirandum est, eos (sub finem falsò dictæ collationis Catholicæ & Orthodoxæ fidei cum disputatione mea Wittebergen,

si)

10

si) Lutheri testimonia impudenter adiecisse, quibus vniuerso Christiano orbi persuadere conantur, Lutherum quoque cum ipsis in doctrina de cœna Domini consensisse: tanta nimirū penuria testium verorum ipsorum causa ægerimè laborat. Cùm enim testimonia Lutheri, eo loco allegata, omnia de salutari tantùm mādicatione corporis Christi in cœna Domini loquantur: quæ per solam fidem fit, & extra omnem controvèrsiam posita est: ipsi Lutheri verba (contra conscientię proprię testimonium, & authoris mentem) ad substantiā & Sacramentalē manducationem corporis Christi in cœna referunt, quæ bonis & malis, dignis & indignis, communis est, per quam mali & indigni non minus ad iudicium, quam boni & digni ad vitam, corporis & sanguinis Christi in externo vsu Eucharistiae participes fieri possunt.

Quam fidem ergo præstent mortuis, primi-
tiuę Ecclesiæ, sanctis Doctoribus, in ipsorum te-
stimonij allegandis, penes pium lectorem iu-
dicium esto: cùm viuis non parcant: & quidem
hostium suorum scripta publicè excusa deprauare audeant, neq; vereantur, ne ab ipsis crimi-
nis falsi aliquando accusentur & conuincantur.

Cumq; Iesuitæ hoc Calvinistarum flagitium

B 2

hacte-

hactenus (haud dubie odio eorum , qui syncretam doctrinam de persona Christi defendunt) malitiosè dissimularint , pius & cordatus Lector ex ea re intelliget , qua conscientia & quo zelo Iesuitæ negotium Religionis agant.

Hac breui , necessaria tamen & graui admonitione , pio Lectori ostendere volui , quantum tribui debear Caluinistarum allegationibus , quas ex Neotericis & veteribus scriptoribus vindiquaq; magno numero (sed mala fide) corradere solent . Si n. Orthodoxus ipsorum consensus ad hunc modū examinatus fuerit (collatione cum ipsis authoribus facta) non minor vanitas & audacia Caluinistarū deprehendetur . Et quibus sophismatib. Liber ille , item Argumenta Talmanni , & Theses Hermanni Pacifici scanteant , orbi terrarum citius fortasse , quam Caluinistis placuerit , demonstrabitur . Benē vale pie Lector , & Dominum ora , vt horum hominum , quibus nulla neq; frons est , neq; conscientia , impios conatus breui confundat , Amen . Tubingæ 4. Idus Maij. Anno Domini

1582.

Zwo Christliche
In Gottes Wort /
vnd bewehrten Historien wollegründete Predigten / vom ersten Ursprung vnd
Anfang / auch folgenden wachsen vnd außnemen des Bäbstlichen Stuls
zu Rom.

Gehalten in der Euangelischen
Pfarkirchen zu S. Anna in
Augsburg /

Durch
Georgium Millern/Doctorn vnd Pfarrherrn daselbst.



Gedruckt zu Leipzig / durch Jacob
Berwaldts Erben.

M. D. LXXXIII.